Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Caput CXXX. De Morte Henrici Monte Capitanei Nattangiorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

Hic à Magiſtro Generali vocatus ad Capitulum mortuus eſt in via.

(*) Jeroſchinus, Interpres Dusburgii, habet MCCLXXVII. Facit cum Jeroſchino & auctor Chron. Antiq. Germ. MSS. in forma quarta, in Biblioth. Elector. Regiom. ut & Schuzius aliique ut dubium non ſit, quin hic in Dusburgio ſphalma librarii occurrat.

Caput CXXX.

De *Morte Henrici Monte Capitanei Nattangiorum.*

Poſt hujus Principis receſſum Nattangi incœperunt trepidare timore, ubi aliquando non erat terror. Nusquam fuit locus adeò occultus, ubi non timerent ſibi periculum imminere. Undè accidit, quod Henricus (*a*) Monte Capitaneus ipſorum, cum quibusdam ſuis complicibus ſeceſſit in deſertum & dum ſolus ſederet in tentorio ſuo ſociis ſuis in Venationem exeuntibus, ſupervenerunt ex inopinato rerum eventu fratres Henricus de Sconnenberg Commendator de Chriſtburg, & frater Helvicus de Goldbach, cum quibusdam armigeris, & viſo Henrico gaviſi ſunt valdè, & rapientes eum ad arborem ſuſpenderunt & ſuſpenſum gladio transfixerunt.

ANIMADVERSIO.

(*a*) Henricus nomen undè habet *vid. ſupra ad Cap. 84.* Vocari ſe deinde Hercum voluit

Cap. CXXXI.

De *Morte Glapponis Capitanei VVarmienſium & ſubjectione VVarmienſium & Nattangorum.*